F.K.135.
57

II c
660

X185 9871

M. T. CICERONIS
LÆLIUS,
CONTINUA TABULA
EXPOSITUS
STUDIO
M. JOH. VALENT. MERBITZII,
DRESDENIS, SCHOLÆ PATRIÆ
CONRECTORIS.
M. DC. LXXXIIX.

DRESDÆ,
LITERIS VIDUÆ ET HÆREDUM MELCH. BERGENII.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-3767-p0001-7

DISCIPULIS MEIS,
ADOLESCENTIBUS OPTIMIS, DILECTISSIMIS
SALUTEM,
Omnem eruditionis & deſideratæ proſperitatis acceſſionem.

QVod beatiſſimus RECTOR noſter, cujus præmaturum diſceſſum piâ mente omnes meritò lugemus, ingraveſcentem corporis infirmitatem benè ſentiens, quâ erat humanitate, à me petiit, ut veſtris ſtudiis, tempore quo ipſe morbo teneretur, adeſſe ne gravarer, idem nunc omni operâ pro viribus præſtare accepta me mandata jubent. Suſcepto enim eo ex pulvere, & ſublato in æterna gaudia beatorum, NOBILISSIMUS ATQVE AMPLISSIMUS SENATUS paternâ prorſus curâ vobis proſpiciens, labores intereà ſuſcipere, & dum regente Numinis, cujus res agitur, benignitate, Rector ſuccederet, officiò hoc me fungi, vicariumq; adeò munus ſuſtinere voluit. Impium eſſet, vel recuſare, vel acceptum etiam onus excutere, præcipuè cùm certus ego ſim, divinam gratiam & benedictionem hoc in opere non defuturam, ſed in ſe confidentem porrò corporis atque animi viribus, quæ planè ſufficiant, exornaturam.

Inter alia autem *Lælium Ciceronis* propoſitum vobis video, cujus tractationem, evoluto proœmio ſeries dicendorum adhuc vix attigit. Binæ nempe integro in ſeptiduo deſtinatæ eidem horæ ſunt, quibus tantâ rerum & ſententiarum gravitate, rectè inculcanda, haud magna ſpatia aut poſſunt confici, aut debent.

Commodo igitur veſtro me facturum eſſe duxi, ſi temporis aliquid, cujus nunc parciſſimus omnium diſpenſator eſſe cogor (noſtis enim quæ privata inſuper urgeat informatio) vel ſomno dandum, mihi ipſi ſubtraherem, quo elegantiſſimi hujus ſcripti ſumma capita percurrerem, & compendio aliquo dichotomico, quô genere docendi libenter, nec ſine fructu utor, conſcripta exhiberem. Tum ne temporis aliquam jacturam pateremur, typis, quicquid eſſet, exprimendum curavi, haud magni faciens aliorum judicia, quibus ſolenne, quin pulchrum eſſe video, petulanti lingvâ, magno naſo ſuſpenſis, auribus impiam non minus operam navantibus percenſere.

Vos præceptorum benè memores, pietatis amantes optimis literis omni ſtudio incumbite, firmiter perſvaſi, nihil annis velocius eſſe, & quamvis amiſſam horam irreparabile damnum dare & relinquere. Valete in Domino, cui ſoli vita, ſpes, ſalus noſtra commiſſa ſunto. Dabam die XXV. Septembr. annò ſalutiferi partûs M. DC. LXXIIX.

Veſtris ſtudiis & commodo omni curâ invigilans

M. JOH. VALENT. MERBITZ,
Crucianæ Conrector.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-3767-p0002-3

LIBELLUS CICERONIS
De
AMICITIA

Dividitur in

- **Præfationem**, quæ ad Atticum ſcripta eſt, & in ſe continet
  - *Occaſionem ſcribendi*, quæ fuerat cùm
    - Sermo *Lælii*, quem de Amicitia cum *Scævola* habitum memoriæ mandaverat ipſe *Cicero*.
    - Petitum *Attici*, ut de Amicitia quidpiam conſcriberet; id quod dignum judicat
      - Omnium cognitione.
      - Suâ familiaritate.
  - *Expoſitionem methodi*, quæ ſit forma colloquii, cujus
    - Redditur ratio, ſermonis ſcil.
      - Svavitas; ne inquam & inquit ſæpius interponeretur.
      - Gravitas, quam hoc genus dicendi præ aliis habet.
    - Additur denominatio; Lælius: ab ipſo *Lælio*, qui & ſapiens habitus eſt ſemper, & amicitiæ gloriâ excellens.
- **Dialogum**, in quo notamus
  - *Tractationem*, obſervantes, quæ
    - Tranſitio: à morte Africani, de qua legitur
      - Qvæſtio: quomodo eam ferret Lælius? quod ut quæreret ipſe populus, cauſa erat *Lælii*
        - Sapientia. Hic de ſapientibus atque
          - Comparationem inter aliquos inſtituit.
          - Laudem tribuit *Catoni*.
        - Abſentia proximis Nonis in hortis D.Bruti, à quo officio commentandi ſcil. antea non paſſus fuerat ſe abduci.
      - Reſponſio: quod nempe
        - Moveatur quidem tali amico orbatus, qualis nemo unquam fuit, nec futurus eſt.
        - Medicinâ non egeat, ſed ſe conſoletur, quia
          - Scipioni nil mali accidit, ſed præclarè cum eo actum, quod probat à
            - 1. Virtute ejus; dum ſpem civium virtute ſuperavit.
            - 2. Dignitate, quam conſecutus, bis conſul factus.
            - 3. Rebus præclarè geſtis: duabus nempe urbibus everſis imperio Rom. inimiciſſimis, & præſentia bella delevit & futura.
            - 4. Moribus facillimis & in ſuos pietate.
            - 5. Cumulo gloriæ & fortunæ, cui nihil planè accidere potuiſſet.
            - 6. Mortis celeritate, quæ abſtulit ſenſum moriendi.
            - 7. Statꝰ melioris conſecutione, quem oſtendit ex ſententia tàm
              - *Academicorũ* de immort. anim. cui accedit, nixus authoritate in
                - Genere
                  - Latinorum.
                  - Græcorum.
                - Specie
                  - *Socratis*, qui ſemper animos hominum divinos dixerat.
                  - Ipſius *Scipionis*; concludens, nulli curſum ad Deos faciliorem fuiſſe, quàm *Africano*.
              - *Epicuræorum*; Qvia ſi anima cũ corpore ſimul extingvitur, tũ ut nihil boni in morte, ſic in ea nihil mali eſt.
          - Ipſe recordatione amicitiæ ſic fruitur, ut beatè vixiſſe videatur, ſperans cum ex omnibus ſeculis vix tria aut quatuor nominentur paria amicorum, ſuam & Scipionis amicitiam notam poſteritati fore.

a b

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-3767-p0003-8

a b

- *Expoſitio* ipſa, ſeu diſputatio, quæ partim eſt
  - Exoterica, ubi amicitiæ
    - 1. Subjectum, vir nempe bonus, de quo agit
      - Remotivè. Negant enim quenquam &c.
      - Poſitivè: Quod ſit is, qui quantum homines poſſunt, naturam ſequitur optimam rectè vivendi ducem.
    - 2. Cauſa: natura ipſa, quæ ſocietates eſſe voluit.
    - 3 Definitio. Eſt divinarum, humanarumq; rerum cum benevolentia & charitate ſumma conſenſio.
    - 4. Laus, quæ deſumitur ab ejus
      - *Præſtantiâ*. Optimum enim eſt exceptâ ſapiētiâ, & præſtat
        - Divitiis, valetudine, Potentiâ, Honoribus Voluptatibus.
          - Quia
            - Infortunæ temeritate.
            - Caduca.
            - Incerta.
            - Non ſunt in noſtris conſiliis.
            - Belluis communes.
      - *Svavitate*. Nihil enim eſt amicitiâ dulcius, & in proſperis rebus & adverſis.
      - *Utilitate*. Uſus namq; ejus eſt ampliſſimus, tum in rebus
        - Privatis. Ejus enim operâ
          - Animi non cadunt, nec debilitantur.
          - Abſentes adſunt.
          - Egentes abundant.
          - Imbecilles valent.
          - Mortui vivunt.
        - Publicis; dum ſine eâ nec domus, nec urbs ſtare poteſt. Id quod probat
          - Rationibus à contrario petitis, odiis nempe & diſſidiis, quæ omnia funditus evertunt.
          - Autoritate *Empedoclis*: Omnia, quæ toto mundo conſtarent, contrahere amicitiam, diſſipare diſcordiam.
      - *Communi hominum judiciô*; quod in exemplis docet.
  - Acroamatica, exhibens
    - I. Amicitiam, cujus
      - *Ortus*, quoad cauſam impulſivam, tum κτ.
        - θέσιν, & ad amicitiam
          - contrahendam,
            - *Amor* ſcilicet; unde amicitia eſt nominata, qui princeps eſt, ad benevolentiam conjungendam: quod patet in
              - Beſtiis, quæ ex ſe natos ad tempus amant.
              - Homine, ſiquidem amor eſt inter
                - 1. Natos & parentes.
                - 2. Quos morum eſt & naturæ congruentia.
            - *Virtus*; qua nihil eſt amabilius, & facit, ut eos etiam, quos nunquam vidimus, quodammodo diligamus. Probat hoc exemplis variis
              - Directè
                - C. Fabricii.
                - M. Curii.
                - Pyrrhi.
              - Indirectè
                - Tarquinii.
                - Caſſii.
                - Melii.
                - Annibalis.
          - confirmandam & augendam, ut ſunt
            - Beneficia.
            - Studia.
            - Conſvetudo.
        - ἄρσιν, imbecillitas ex ſententia Ariſtippi, & Inopia; ut quod quisq; per ſe min9 poſſet, id acciperet ab alio. Qvia
          - 1. Virtute & ſapientiâ præſtantes hoc modo ad amicitiam eſſent inutiles.
          - 2. Beneficium non fœneramur.
          - 3. Fructus amicitiæ non in mercede ſed in amore eſt.
          - 4. A natura ſenſus eſt diligendi.
          - 5. Ortus à natura, quàm ab imbecillitate gravior & verior.

a c d

Colenda

a c d

Colendæ modus, tùm quoad

Progreſſionem, quatenus nempe amor progredi debeat? Qvo de habetur

- *Qvæſtio*, ſ. ſtatus controverſiæ
  - Cui præmittitur ratio dubitandi; difficile nempe eſſe amicitiam ad extremum usque diem permanere. Addit verò hujus
    - Rationem, quæ eſt mutatio { Ætatis. / Fortunæ.
    - Exemplum. Puerum amores ſæpe cum prætexta ponuntur.
  - Qui formatur in
    - Theſi: Num amici cauſa peccandum, & venia ejus delicti ſperanda ſit?
    - Hypotheſi: Num quis amicum contra Rempubl. arma ferentem juvare debeat? Qvod illuſtrat exemplis, partim
      - Negativè, Tib. Gracchi ſc. qui ab Q. Tuberone & amicis derelictus.
      - Affirmativè C. Bloſſii, qui Gracchum ita ſecutus fuit, ut faces etiam Capitolio inferre non recuſaſſet, ſi ille voluiſſet.
- Qvæſtionis *deciſio*: Nullam peccati excuſationem eſſe, ſi amici cauſa peccaveris. Adjiciuntur
  - *Reſponſionis ratio*: Amicitiæ conciliatrix eſt virtutis opinio, à qua ſi defeceris, difficile eſt amicitiam manere.
  - Leges
    - 1. Neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Hinc
      - Ab amicis in magna re aliqua peccantibus p . diſcedendum.
      - Pœna ſtatuenda, tùm
        - Iis, neq; ea minor, qui ſecuti alterum.
        - Iis, qui ipſi fuerint impietatis duces.
    - Honeſta petamus & faciamus. Hîc doctrina de officiis, quæ
      - Exponuntur, & ſunt
        - 1. Studium ſine cunctatione.
        - 2. Conſilium, quod verum dare gaudeamus liberè.
        - 3. Auctoritas.
          - Qvæ adhibenda eſt { Apertè. / Alacriter.
          - Cui adhibitæ pareatur.
      - Confirmantur, refutatione contrariæ ſententiæ
        - 1. Fugiendas eſſe amicitias, ne unus ſollicitus ſit pro multis. Sumuntur autem argumenta
          - Ab abſurdo: Sic enim ſi cura fugienda, ipſa quoque virtus fugienda eſſet, quæ neceſſe eſt, cùm aliqua cura res ſibi contrarias aſpernetur.
          - Qvia dolor & animi motus omninò etiam in ſapientem cadit. Imò eô ſublatô, nulla eſt inter hominem & truncum differentia. Ergò nec propter moleſtias ſuſcipiendas amicitia è vita tollenda erit.
          - A neceſſario, dum
            - Virtus amicitiam contrahit, ſiqua ſignificatio virtutis eluceat, ad quam ſe ſimilis animus adplicet & adjungat.
            - Naturâ nihil eſt appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius, quæ facit, ut ſimilitudo morum animos ad ſe invicem attrahat & alliciat, unde neceſſaria eſt, nõ libera amicitia, & ipſa benevolentia ejus fons cum { Populi univerſi. / Individuorum.

a c e f

Fines

a c e

- f
  - **II.** utilitatis cauſa eſſe amicitias. Qvia
    1. Non utilitas, ſed amor delectat.
    2. Nec opus eſt, ut nihil unquam omnino amicis deſit.
    3. Tyrannorum hæc vita eſt, in qua opes ſine amore ſunt, in qua nulla ſtabilis benevolentiæ poteſt eſſe fiducia.
    4. Sæpè opes excludunt amicitias fideles. Cujus
       - Ratio: Fortuna non ſolùm ipſa cœca, ſed plerumque etiam efficit cœcos, quos complexa eſt: *Neq; quicquam inſipiente fortunato intolerabilius.*
       - Exempla quotidiana proſtant.
    5. Laudabilius amicos, quàm divitias parare. Qvia
       - Amicitiæ certa permanet poſſeſſio.
       - Sine amicitia nulla vita jucunda eſſe poteſt.

- *Fines diligendi.* Ubi ſententiæ
  - Falſæ, quarum
    1. Ut eô modô erga amicum affecti ſimus, quo erga noſmet ipſos. Refellitur hæc, quia
       - Multa, quæ noſtra canſa nunquam faceremus, facimus cauſa amicorum.
       - In multis de ſuis commodis viri boni detrahunt, detrahiq; patiuntur, ut iis amici potius, quàm ipſi fruantur.
    2. Ut noſtra in amicos benevolentia illorum erga nos benevolentiæ pariter, æqualiterq; reſpondeat. Rejicitur autem, quia ditior & affluentior vera amicitia eſt, nec tàm ſtrictè ad calculos omnia revocat.
    3. Ut quanti quis ſe ipſum facit, tanti fiat ab amicis. Qvi finis omnium eſt deterrimus: dum abjectus animus ſæpè per amicum eſt excitandus.
  - Vera: Hîc
    - Præmittitur
      - Remotio illius ſententiæ, quæ vult ita amare oportere, ùt aliquando eſſet oſurus. Tollit enim hæc veram amicitiam, ſiquidem amici
        - Peccatis gaudet.
        - Rectè factis dolet & invidet.
      - Præceptum, quoad *amicitiam*
        - *Contrahendam*: Ut ne quando amare incipiamus eum, quem aliquando odiſſe poſſemus.
        - *Contractam*: Ut ſi minus felices fuiſſemus in diligendo, ferendum id potius putemus, quàm inimicitiarum tempus cogitandum.
    - Ipſa exponitur. Cùm emendati mores amicorum ſint, tùm ſit inter eos omnium rerum, conſiliorum & voluntatum ſine ulla exceptione communitas; & ſi quâ fortunâ acciderit, ut minus juſtæ amicorum voluntates adjuvandæ ſint, in quibus eorum aut de capite agatur, aut famâ, declinandum ſit de via, modò ne ſumma turpitudo ſequatur; *Eſt enim quatenus amicitiæ dari venia poſſit.*

a c

Ami-

a c

II. Amicum, de quo agit partim in

- *Genere*, quod prius probandus ſit, & judicandi mores ejus, qui perſpiciuntur vel in
  - Pecunia
    - Parva.
    - Magna.
  - Honoribus.
  - Magiſtratibus.
  - Imperiis &c.
  - Calamitatibus.
  - Hæc pleroſque cõvincunt
    - Levitatis.
    - Infirmitatis.
- *Specie*, quoad amicitias
  - *Sapientum*, quorum notantur
    - *Virtutes*, quantũ ad amicitiam, tùm in
      - Se
        - *Gravitas*, tam in rebus
          - Bonis.
          - Malis.
        - *Stabilitas*, cujus fundamentum fides eſt, quæ
          - Requirit
            - Simplicem.
            - Communem.
            - Conſentientem.
          - Excludit ingenium multiplex & tortuoſum.
        - *Conſtantia*, ubi habetur
          - Expoſitio, quod ad eam pertineat, ne
            - Criminibus inferendis amicus delectetur.
            - Illatis credat, & ſit nihil
              - Fictum.
              - Simulatum.
          - Qvæſtio, quæ
            - Formatur: Num amici novi veteribus anteponendi?
            - Solvitur
              - Novitates quidem non ſunt repudiandæ: ſed
              - Vetus ſuo loco conſervanda eſt.
      - Adjuncto, ſuavitas quædam
        - Sermonum.
        - Morum, quæ rejicit
          - Triſtitiam.
          - Severitatem.
    - *Officia*, tam
      - *Superiorum*, de quibus partim
        - *Qvæ ſint*, & in
          - Exemplo Scipionis, qui
            - Nulli neque inferioris ordinis ſe antepoſuit.
            - Ætate ſuperiores coluit.
          - Præceptis,
            - Impertiant præſtantiam proximis, quam conſecuti
            - Ne exprobrent beneficia.
        - *Qvanta*: tantum enim amico tribuendum, quantum
          - Ipſe poſſit efficere.
          - Ille poſſit ſuſtinere.
      - *Inferiorum*, dolere non debent ſe ab amico ſuperari, vel
        - Ingenio.
        - Fortunâ.
        - Dignitate.
    - *Benevolentia*, quæ
      - Erga varios varia eſſe debet.
      - Intemperata non ſit, nec impediat magnas utilitates amicorum.
  - *Vulgares*, ubi de amicitiæ diſſolutione, cujus
    - cauſa partim
      - Redundans in amicum infamia.
      - Morum & ſtudiorum commutatio.
    - Modus
      - 1. Remiſſione usûs ſunt elevandæ, & diſſuendæ magis, quàm diſcindendæ amicitiæ.
      - 2. Cavendum, ne amicitiæ in inimicitias ſe convertant. Cujus cautio eſt, ne diligamus
        - Nimis citò
        - Indignos; hîc oſtenditur, qui ſint
          - *Indigni*, qui amicos tanquã pecudes diligunt. Improbatur hoc per
            - *Rationem*: carent enim illi maximè naturali amicitiâ, per & propter ſe expetendâ.
            - *Inſtantiam* à
              - Se ipſis: dum ſe quisque absque mercedis ſpe diligit.
              - Beſtiis, quæ exquirunt ſui ſimile.
          - *Digni*, qui petunt
            - Honeſta.
            - Recta.
            - Verecundiam.

a c

Usum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-3767-p0007-9

FK II c 660

- III. Usum amicitiæ, qui eſt vel
  - Generalis
    - Honeſtas.
    - Gloria.
    - Animi tranquillitas.
    - Jucunditas, quam probant omnes, omnium etiam
      - Sententiarum.
      - Statuum.
      - Morum.
  - Specialis in erroribus, ubi proprium amicitiæ eſt
    - *Monere*, hîc occurrit
      - Ipſa *admonitio*, circa quam habetur
        - Explicatio, qualis eſſe debeat:
          - Accipienda eſt amicè
          - Fiat benevolè.
        - Ventilatio dicti Terentiani: Obſequium amicos parit &c.
      - *Objurgatio*, quæ contumeliâ careat.
      - *Obſequium*, in quo
        - Adſit *comitas*.
        - Abſit *aſſentatio*. Cujus
          - Argumenta
            - 1. Amico enim indigna eſt.
            - 2. Malè meretur de amico.
            - 3. Tollit judicium veri.
            - 4. Delet veritatem, ſine qua nomen amicitiæ valere non poteſt.
            - 5. Amicitia tota veritate perpenditur.
          - Monita
            - 1. Qvamvis ſit pernicioſa aſſentatio, nocere tamen non poſſe niſi eis, qvi eâ delectantur, nempe qui non tàm virtute præditi eſſe, quàm videri volunt. Illuſtratur hoc exemplô
              - Gnathonis.
              - Militis.
            - 2. Cavendum, ne callidâ aſſentatione quis capiatur.
    - *Moneri*: quod accipiendum eſt
      - Patienter.
      - Non repugnanter.
- Totius operis *Concluſionem*: in qua breviter commendat
  - Virtutem, ex qua
    - Amicitia oritur, quam ipſa &
      - Conciliat.
      - Conſervat.
    - Amor, qui
      - Deſcribitur, quod amare nihil aliud ſit, niſi eum ipſum diligere, quem ames: nullâ indigentiâ, nullâ utilitate quæſita.
      - Probatur exemplis ætate
        - Inæqualium.
        - Æqualium, qui ipſe eligendus.
  - Amicitiæ
    - Jucunditatem.
    - Suæ cum Scipione habitæ
      - Immortalitatem.
      - Præſtantiam: ſiquidem eandem præfert bonis ſuis
        - Naturæ.
        - Fortunæ.
      - Sinceritatem, quippe quæ fuerit
        - Sine omni offenſione.
        - Cum omnium rerum communione.

VD17

MC.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-3767-p0008-5

DISCIPULIS MEIS,
ADOLESCENTIBUS OPTIMIS, DILECTISSIMIS
SALUTEM,
Omnem eruditionis & deſideratæ proſperitatis accesſionem.

RECTOR noſter,
ceſſum piâ mente omnes
eſcentem corporis infirmi-
erat humanitate, à me pe-
mpore quo ipſe morbo te-
rer, idem nunc omni ope-
accepta me mandata ju-
bent. Suſcepto e in æterna gaudia beatorum,
NOBILISSIMUS A TUS paternâ prorſus curâ
vobis proſpiciens lum regente Numinis, cujus
res agitur, benig fficiò hoc me fungi, vica-
riumq; adeò mu n eſſet, vel recuſare, vel ac-
ceptum etiam on rtus ego ſim, divinam gra-
tiam & benedicti uram, ſed in ſe confidentem
porrò corporis a è ſufficiant, exornaturam.

Inter alia au propoſitum vobis video,
cujus tractatione icendorum adhuc vix atti-
git. Binæ nemp æ eidem horæ ſunt, quibus
tantâ rerum & ſe culcanda, haud magna ſpa-
tia aut poſſunt c

Commodo e duxi, ſi temporis aliquid,
cujus nunc parc r eſſe cogor (noſtis enim
quæ privata inſup nno dandum, mihi ipſi ſub-
traherem, quo el ma capita percurrerem, &
compendio aliqu docendi libenter, nec ſine
fructu utor, conſ emporis aliquam jacturam
pateremur, typis, curavi, haud magni faciens
aliorum judicia, m eſſe video, petulanti lin-
gvâ, magno naſo on minus operam navanti-
bus percenſere.

Vos præcep tis amantes optimis literis
omni ſtudio incu hil annis velocius eſſe, &
quamvis amiſſam dare & relinquere. Valete
in Domino, cui ſ mmiſſa ſunto. Dabam die
XXV. Septembr. C. LXXIIX.

mmodo omni curâ
invigilans

M. JOH. VALENT. MERBITZ,
Crucianæ Conrector.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-3767-p0009-5